

Federico II di Svevia

*Arenga 062*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 062*

Settembre 1206

Regnantis procul dubio tunc digne thronus extollitur

Regnantis procul dubio tunc digne thronus extollitur, cum regi regum solvitur, quod debetur, quia titulo id eterne conscribitur, quod dedicatur domino, quod divinis ministeriis deputatur. Sapere est enim illum agnoscere, [per] quem reges regnant, ipsumque saltem paucis recolere, quem omnia dare cernimus nec aliquid inproperare videmus. Sic quidem firmanentur iura nostri regiminis, cum personis et locis religiosis studium et favorem inpendimus pietatis et condigna beneficia ipsis misericorditer impertimur.